UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Sermo de b[ea]ta [vir]gine qua[n]do legit[ur] eua[n]geliu[m] illud Loque[n]te iesu ad turb. [et]c. Lu. xj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

dabit virum. O femina ſuper feminas be
nedicta que virū omnino nō nouit et virū
ſuo vtero circūdedit. Hec Auguſtinꝰ. Ex
dictis itaq; ꝯtemplari poſſumꝰ ꝙ admi-
rabile: ꝙ ſolenniſſimum atq; excellentiſſi-
mū eſt opus incarnationis diuine. Opus
quidem nouū atq; ſingulariſſimum to-
tum delectabile nobis: totum iocundum
omni reuerentia atq; deuotione ſuſcipien
dum et cum aſſidua gratiarū actione reco
lendum. Caueamus itaq; ne ingrati ſimꝰ
tante dei benignitati: tā inextimabili cha-
ritati creatoꝝ: tante dulcedini domini no
ſtri erga nos indignos ſeruos ſuos q̄ no-
ſtre humanitatis formā aſſumere voluit
vt nos ſue diuinitatis tribueret eſſe par-
ticipes. Sic itaq; incarnato ꝓ nobis do-
mino tota deuotione famulemur: ſic eum
totis animi precordijs veneremur: ſic ei
indeſinenter toto corde gratias agere ſtu
deamꝰ vt benedicte incarnatōis ſue fru-
ctū ꝑcipere ⁊ ad ſue diuinitatis claꝝ con-
tuitum pertingere feliciť mereamur: amē
¶ Nota circa hoc quod in euangelio dici
tur: Ad virginē deſponſatā viro ⁊c. ꝙ in-
ter mariā ⁊ ioſeph fuit ꝯſūmatū matrimo
niū: vt declarat magr̄ in. iiij. ſen. diſt. xxx.
allegans auguſtinū dicentē: ꝙ inter eos fu
it ꝑfectū ꝯiugiū. ꝑfectum quidē in ſcītate
Sanctiora enī ſunt ꝯiugia pari voto cōti-
nentiū. Hoc aūt declarat doctor ſubtilis
in. iiij. di. xxx. di. ꝙ in ꝯtractu matrimonij
eſt mutua datio corpoꝝ ad copulā carna-
lem nō niſi ſub cōdicione implicita. ſ. ſi pe
tatur. Unde cōtrahentes cū ꝓpoſito ſta-
tim vouendi caſtitatem vere cōtrahunt.
Ubi eſt ergo certitudo ſimpliciter ꝙ nū-
q̄ petetur carnalis copula: ibi cōtractus
matrimonij in nullo preiudicat voto ca-
ſtitatis. Hic autem fuit talis certificatio.
Exq̄ enim Matth. j. habemus: ꝙ angelꝰ
inſtruxit ioſeph: dicēs Noli timere accipe
Mariā coniugē ⁊c. Multo magis indu-
bitanter eſt tenendū ꝙ Maria per ange-
lum vel immediate a deo anteq̄ deſpon-
ſaretur ipſi ioſeph: fuit certitudinaliť edo
cta: Noli timere accipere Joſeph virum
tuum: Ecce enī ſpirituſſanctus dabit euꝫ
teſtem virginitatis tue. Illud autem qd̄
dicitur. xvij. q. j. ca. Sunt quidam, videlꝫ
vouētibꝰ caſtitatē nō ſolū nubere: ſꝫ ⁊ velle
nubere damnabile eſt. De illis itelligēdū
eſt quibꝰ non cōſtat certitudinaliť ꝙ nun
q̄ talis vſus matrimonij peteť. Hec ſcotꝰ.
Quod etiā dr̄ Hieronymꝰ aduerſus hel
uidiū: ꝙ ioſeph potiꝰ marie fuit cuſtos q̄
maritus. Hoc eſt intelligendū ꝑut in no-
mine mariti intelligiť actus matrimonij.
Loquiť enī hieronymꝰ cōtra hereticos q̄
dicebāt mariā carnaliť ꝯueniſſe cū ioſeph

Sermo de bt̄a vgine quādo legiť euāge-
liū illud Loquēte ieſu ad turb. ⁊c. Lu. xj.

LOquēte ie
ſu ad turbas extollēs vocē
quedā mulier de turba dic͞
illi. Beatus venter q̄ te portauit. ⁊c. Lu.
xj. Si deū in ſanctis ſingulis laudare de-
bemꝰ: ꝓculdubio in ſua glioſa atq; digniſ-
ſima matre maria eū freqūtius atq; de-
uotius laudare ⁊ venerari nos oportꝫ: eo
inq̄ deuotius quo certiores ſumus ꝑ eā
nobis eterne ſalutis reparationē aduenıſ
ſe: ⁊ per eius interuentū gratiā apud deū
nos inuenire poſſe. Hec ē ei mater ſalutꝭ
et gratie. Ut autem in hoc euangelio ſpe
cialem laudis materiam accipiamus: in-
telligendum eſt ꝙ ibi de tribus ꝑſonis fit
mentio ſpecialis. ¶ Prima. De perſo
na que laudem dedit: vel ſic. De perſo-
na laudis prolatiua. Hec eſt Mulier d̄ tur
ba que ꝓponitur nobis imitabilis propť
ſanctitatem. ¶ Scd̄a de ꝑſona cui laus
data fuit. Uel ſic. De ꝑſona laudis rece-
ptiua. Hec eſt virgo maria q̄ ꝓponiť no-
bis venerabilis ꝓpter dignitatē. ¶ Ter-
tia de perſona q̄ laudis cauſam contulit.
Uel ſic. De ꝑſona laudis cauſatiua. Hec
eſt ꝓles virginea q̄ ꝓponiť nob̄ admirabi-
lis ꝓpter pietatem.

PRima igiť eſt ꝑſona q̄ laudē dedit
virginali vtero dicēs ipſi dn̄o. Bea
tus vēter q̄ te portauit ⁊c. Hec aūt
mulier cōmēdabilis eſt ex ſua deuotiōe et
modo laudandi ꝓpter tria.
¶ Primo quia inchoatio ſue laudatiōis
fuit ab humilitate (uēti charitate.
¶ Scd̄o quia ꝓſecutio eius fuit cum fer-
¶ Tertio qr̄ ꝯſūmatio eiꝰ fuit cū cordis ⁊
intētiōis puritate. Primo quia inchoa
tio laudationis ſue fuit ab humilitate.

Unde dicit̄ in euāgelio. Quedā mulier d̄ turba. cū scdm aliq̄s nobilis esset qꝛ cre- dit̄ a q̄busdā fuisse martha. q̄ tamē hūilit̄ cū turba sedebat. Judith. ix. Hūiliū ꝛ mā suetoꝝ semꝑ tibi placuit dep̄catio. Et ps̄. Respexit in orationē hūiliū Uera ꝑfecto laus est ꝛ deo grata que ex hūilitate pro cedit. Eccl. iij. A solꝭ hūilibꝫ honorat̄ d̄s. ¶ Scd̄o qꝛ ꝓsecutio laudis fuit cū feruē- ti charitate: quod dat̄ intelligi per hoc q̄ dicit̄. Extollens vocē. In clamore vocis feruor cordis notatur. Ps̄. Bene psalli- lite ei in vociferatione. Magnificate q̄n- tū potestis maior est em̄ omni laude: qd̄ recte etiam dici potest de virgine gloriosa ¶ Tertio qꝛ ꝯsūmatio laudꝫ fuit cū ītētōis puritate: qꝛ dixit illi. i. ad hōīē illiꝰ. Juxta illd̄. j. Coꝛ. x. Oīa ī glāꝫ dī facite Noluit q̄ppe mulier ista eē de pplo de q̄ d̄r̄ Esa. xxix. Populꝰ hic labijs me honorat: cor aūt eoꝝ longe est a me. Qd̄ ꝯ dicit apl̄s. ij. Coꝛ. xiiij. Psallā spū psallā ꝛ mente.

S Ecūda est ꝑsona cui laus data fuit scꝫ btā virgo. Cuiꝰ p̄cipue tangit̄ triplex dignitas in hoc euāgelio ꝑ pter quā venerabilis est atq̄ laudibilis. ¶ Prima ē: qꝛ portauit illū q̄ oīa portat̄. Heb. j. Portansq̄ oīa verbo ṽtutis sue. Uñ d̄r̄ in euāgelio. Btūs vēter q̄ te por tauit. ¶ Scd̄a est qꝛ nutriuit eū q̄ oīa ci- bat. Ps̄ Oculi oīm in te sperant dñe ꝛ tu das escā illoꝝ in tempore opportuno. Uñ d̄r̄ in euāgelio: ꝛ vbera que suxisti. ¶ Ter tia sequit̄ ex predictis duabꝰ: vicꝫ qꝛ est mater eius q̄ ipsam fecit ꝛ portat ꝛ cibat. Et id̄o dicit̄. Btūs venter q̄ te portauit. Quāta sit hec maternitatꝫ dignitas vide sup̄ ser. de assumptiōe.

T Ertia est persona q̄ laudis causam ꝓtulit. s. ꝑsona dñi q̄ in euangelio ꝓ ponitur nob̄ admirabilis ꝓpt̄ pieta tē. Ubi notanda ē triplex pietas ꝓpt̄ quā ꝛ ipse ꝛ ṽgo mat̄ eiꝰ est laudabilis. ¶ Pri ma pietas apparet ī mysterio incarnatio nis qꝛ scꝫ venit in mundū carnē hūanam assumēs in vtero virginali. Et hoc nota tur ibi: q̄ te portauit. Jo. iij. Sic deꝰ dile- xit mūdū vt filiū suum vnigenitū daret. ¶ Scd̄a apparet in mysterio instructōis qꝛ scꝫ ex pietate sua instruxit ꝛ docuit mū- dū. Uñ d̄r̄ in euāgelio. Loquēte iesu ad turbas. Et ī sequēti. Beati q̄ audiunt ṽbū dei ꝛc. ¶ Tertia apparet in mysterio btificati onis. qꝛ ex pietate sua ꝛ miscd̄ia iustos be atificat. Uñ dicit Bti q̄ audiunt ṽbū dei ꝛ custodiunt illud.

¶ Alius sermo.

B Eatus vēter q̄ te portauit. Lu. xj. Uenit̄ glo riose ṽginis hꝫ q̄nq̄ p̄cipua p̄ uilegia ꝓpter q̄ bñ d̄r beatus ¶ Primū est generosa nobilitas. Uñ cantat eccl̄ia Re gali ex ꝓgenie maria exorta refulget. ¶ Scd̄m ē corp̄alis formositas Gen. xxiij. Puella decora nimis: ṽgoq̄ pulcra et in- cognita viro. Cantic. iiij. Tota pulcra es amica mea. ¶ Tertium est ṽginalis fecun ditas. Fuit em̄ (sic̄ dicit Bern.) sine corru ptione fecunda Esa. vij. Ecce virgo conci piet. ¶ Quartū est sine grauamine graui ditas. Fuit em̄ (vt dicit Bern.) sine graua mine grauida. Uñ ꝛ in montana ascendit cū festinatione. Lu. j. ¶ Quintū ē parien di iocunditas. Esa. xxxv. Germinās ger minabit sic̄ lilium ꝛ exaltabit letabunda laudans. ¶ Sextum est prolis sue diuinitas Uñ dixit ei angelꝰ (Luc̄. j.) Qd̄ em̄ ex te nascet̄ sctm̄: vocabit̄ filius dei ¶ Septimū est ministrationis sublimitas. qꝛ lac mini strauit puero iesu dño nr̄o nutriendo. Uñ cantat eccl̄ia. Ipm regē angeloꝝ sola ṽgo lactabat vbere de celo pleno. De his am pliora videre potes in suppositis ser. max me in ser. de assump.

¶ In festo visitationis beate marie matris dei. Sermo.

B Enedicta tu int̄ mlr̄es Lu. j. Ber. i ser. d̄ pentec̄ Btām te dicēt oēs ge neratōes genitrix dei: dña mūdi: celi regina q̄ oibꝫ gñatōibꝫ vitā ꝛ glīaꝫ genuisti. In te āgeli leticiā: iusti glīaꝫ: pctōres veniā i te ueniūt i et̄nū. Merito i te respiciūt oculi to tius creature qꝛ ꝑ te ꝛ i te: ꝛ de te benigna manꝰ oīpotentꝫ q̄cq̄d creauerat recreauit. Hec ille. Recte itaq̄ glīose ṽgini d̄r Be- dicta tu i mlr̄ibꝫ siue int̄ mlr̄es. Mul- rum q̄dem alique virgines sunt sꝫ nō ma tres: alie matres sed nō virgines: sed hec

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN